



7-8







# A P P L A V S V S

SERENISSIMO AC REVERENDISSIMO  
PRINCIPI ET DOMINO

CAROLO FERDINANDO,  
POLONIAE SVECIAEQVE  
PRINCIPI

Vratislaviensi, Plocensi EPISCOPO, Oppolizæ, Rati-  
borij DVCI, &c.

Synodi Dioecesanae Patribus, Patriæq; proceribus Ho-  
noris, Venerationis, amorisq; ergo

I N S C E N A M D A T V S

A B

ILLVSTRISSIMA, REVERENDA, PERILLVSTRI,  
Generosa, Nobili, Ingenua, & erudita Iuuentute  
Gymnasij Nissenfis

I N

Archiducali, & Episcopali Collegio Societatis IESV Nisse.

Anno 1653.

N I S S Æ,  
Imprimebat IOANNES SCHVBART,



# ACTVS PRIMVS

Synodus Ecclesiam exornat.

*Multitudo Sapientium Sanitas est orbis terrarum.* Sapientia  
verf. 26.

## SCENA I.

*Ecclesia Silesia deplorat suum statum ob inuectas hæreses, & fideli-  
dium à Synodi Patribus petit.*

## SCENA II.

*Hæresis euocat Genium erroris, eumque animat, vt se fidei  
ponat; sed POTESTAS, QUÆ À DEO EST, eam expellit.*

## SCENA III.

*Duodecim Pastores Silesiæ, ouibus suis symbolicè fausta om-  
ominantur, & festiuo Choro applaudunt.*

## SCENA IV.

*Ecclesia ad auxilium, & ad plausum aduocat è cælo San-  
ouium Pastores, Abel, Iacob, Ioseph, Moysen, David.*

## SCENA V.

*Offerunt hi sua dona Ecclesiæ quisque propria, ei que & su-  
cuis Pastori Idyllium benè auspicatum canunt.*

ACT V

# ACTVS SECVNDVS.

Synodus defendit Patriam contra hostes salutis.

*Rex Sapiens stabilimentum populi est. Sap. 6.*

## SCENA I.

Hæresi profugæ, & in exilium abeunti occurrit dolus, afflictam solatur, subsistere in via iubet, opem spondet.

## SCENA II.

Dolus suos instruit, vt arte, si non Marte hæresin in Patria retineat, quam ad priores Sedes remittit, sed à fide & Religione agnita eijcitur.

## SCENA III.

Ecclesia à Synodo edocta magis contra errorum Magistros Silesiam munire, & ad tutelam Palladem, Martemque accersere statuit.

## SCENA IV.

Mars Silesiticus in huius operis partem euocatus suam fortitudinem ostentat & variè probare nititur.

## SCENA V.

Pallas sibi defensionem Patriæ & fidei contra Martem vindicat, sed Ecclesia auditis vtriusque Consiliarijs dissidentes componit, qui pacto foedere vnitas vires offerunt Ecclesiæ, ei que securitatem spondent. Pacem hanc, & foedus hilaris Chorus representat.

ACTVS

# ACTVS TERTIVS

Nissæ & Apollinis applausus.

*Latatus est omnis populus terra. 2. Paral. 23. vers. 20.*

## SCENA I.

Nissæ euocat suos artifices, qui operam & munera hospicibus  
ferunt.

## SCENA II.

Agricolæ alijque Synodi famâ exciti accurrunt, & varijs lusu-  
donis que applaudunt.

## SCENA III.

Rudis errorum Magister subdole inducitur, sed suo malo.

## SCENA IV.

Genius Ecclesiæ quatuor Principes Silesiæ Ecclesias; Nissæ Ce-  
rem & Floram inuitant, vt Maialibus donis hospites oblectet.

## SCENA V.

Appollo ab Ecclesia euocatus suâ citharâ, Musarum que can-  
& chorea Principem Proceres que recreat.

## EPILOGVS.

Ecclesia Wratislauiensis triumphans militanti tutelam pollit-  
tur, & opem e cœlo mittit.

*Omnia ad Dei Beatissimæ VIRGINIS  
Gloriam.*





639673 Bibliotheca 17000  
P.P. Camaldulensium in Bielany

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



06379

Q. III. 8

